

ILLVSTRI AC GENEROSO VIRO.
 LADISLAO VVELEN, BA-
 RONI A ZIEROTIN, DOMINO IN
 TRIBA, LONTENBURCK, &
 HONSTEIN.

Domino suo clementissimo.
 S. P. D.

HERMETEM Trismegistum, apud A-
 gyptios, Illustris ac Generose Baro-
 maximi sacerdotis maximi Regis, ma-
 ximi Philosophi axiomata, multis me-
 dis clarissimisq; meritis obtinuisse, nemini est ig-
 notū. Inter alias libris suis, quæ extant eam Phi-
 losophiam præsertim de naturæ secretis, admisc-
 it, quam non nisi ex sanctis divinisq; Patribus A-
 gyptios ipsos accepisse, plurima sunt, quæ nobis
 fidem faciunt plus quàm plenam & certam.

Et istius verò Philosophiæ patrū de naturæ se-
 cretis quàm sit arguta ratio, admirabilis jucunditas,
 evidentissima certitudo, & ineffabilis utilitas,
 illorum cōfirmabitur punctis, quos non invidus
 & iniquus vexat affectus, sed æquus amans
 Iupiter, ut in proverbio dici solet. Cum igitur tu-
 ti auctoris & secretorum naturæ scriptoris & a-
 strusæ Philosophiæ patris hic liber ab omnib. solida
 physicæ viris amantib & doctissimis desideratus
 nuperrimè in manus meas incidere, & qui
 de quo sibi omnes docti magnoperè gratulabuntur,
 cōmentario supra modū egregio & per necessario
 exornatus; Vtiq; peccati in publica cōm-
 cōmissi ne reus perhiberi possem, nolui eundem
 diu